

Gospel for the Thirteenth Sunday After Pentecost

Tonus antíquior

Dominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Lucam. R̄. Glóri-a tibi Dómine.

In illo témpore: Dum iret Jesus in Jerúsa-lem, transíbat per médi-am

Samarí-am et Ga-liláe-am. Et cum ingrederétur quoddam castéllum, occur-

rérunt e-i decem vi-ri leprósi, qui steterunt a longe et levavérunt vocem

dicéntes: Jesu præcéptor, miserere nostri. Quos ut vidit, dixit: I-te, ostén-


di-te vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundá-ti sunt. Unus

autem ex illis, ut vidit qui-a mundátus est, regréssus est, cum magna


voce magní-ficans De-um, et cécidit in fáci-em ante pedes ejus, grá-ti-as




agens: et hic erat Samari-tánus. Respóndens autem Jesus, dixit: Nonne



decem mundá-ti sunt? et novem ubi sunt? Non est invéntus qui redíret,



et daret glóri-am De-o, ni-si hic a-li-enígena. Et a-it illi: Surge, vade:



qui-a fides tu-a te salvum fecit.